



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 50. Leonis Strozzi Melitensis Equitis abitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

fiastici, omnes tamen æque rubram de-  
 ferunt Crucem octo angulis auro cir-  
 cumcinctis conspicuam, quam tamen  
 Sacellani, necnon Fratres, ut appellant,  
 fervientes nonnisi rubro serico clausam  
 gestant. Porro hic Ordo, quamvis hoc  
 anno fuisset institutus, primum tamen a  
 Pio IV. Pontifice Anno Incarnationis  
 Dominicæ millesimo quingentesimo se-  
 xagesimo secundo fuit approbatus.

§. L.

*Leonis Strozzi Melitensis Equitis  
 obitus.*

Ceterum Petri Strozzi dolor adhuc  
 magis augebatur infausto nuntio,  
 quo Leonem Strozium fratrem suum,  
 Melitensem Equitem, ac Capuanum  
 Priorem maritimis victoriis celebra-  
 rimum obiisse perceperat. Hic a Fran-  
 ciæ Rege classis Gallicæ Archithalassus  
 nominabatur, quocirca dimisso Meliten-  
 sium triremium imperio in Etrusci maris  
 oram contendens ad Herculis portum,  
 quem tum Galli occupaverant, appul-  
 sus est, cui etiam Sommæ Dux, qui  
 Grosseto præerat, cum peditum agmine  
 sese adjunxit. Ad eandem quoque ex-  
 peditionem destinabantur triremes ex  
 Provincia submittendæ, quibus pariter  
 Leo Strozzius præesset, cum vero hæc  
 auxilia illum diu spe sua frustraren-  
 tur,

*Thuan. l. 14.*

Sæcul. XVI. tur, ne cum suis copiis nihil interea  
A.C. 1554. egisse videretur, Scarlinum vicinum,  
 ac ignobile Plumbiensis ditionis op-  
 pidum aggredi statuit: at cum ipsum  
 locum exploraret, tam incaute longius  
 processerat, ut a rustico, qui Virum ex  
 corporis proceritate cognoverat, ac in  
 insidiis inter juncos delitescebat, sclo-  
 peti glande in ilibus graviter fauciare-  
 tur, unde quantocius ad suas triremis,  
 atque inde altera die Castellionem Pis-  
 caria delatus paulo post expiravit, cum  
 vix trigessimum nonum ætatis suæ an-  
 num attigisset. Sepultum est Corpus  
 ejus ad Herculis Portum in Ecclesia  
 majori.

## §. LI

*Marinianus Gallis cæsis ubique  
 victor.*

*Thuan. l. c.  
 Belcar. com.  
 l. 26. n. 59.  
 Et seq.*

Postquam Marinianus Marchio in nu-  
 pero prælio Gallos profligaverat,  
 mox Marciani oppidi præfidiarii dedi-  
 tionem fecere, quocirca Strozzius cum  
 suis Lucinianum auffugere cogebatur;  
 verum comperto Marchionis adventu  
 unacum Aurelio Fregosio, qui & ipse  
 vulneratus erat, sese Mont-ilcinum de-  
 ferri curabat: Luciniano vero Altum  
 Concium præposuit, eique suppetias se  
 submissurum spondit. Verum Mari-  
 nianus parta victoria nequaquam copias  
 suas